



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

77 Coadiutores dignitatibus in cathedralibus ecclesiis existentibus dari possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

sat exerceſe'; verba coadjutoria ſunt at-
tendenda, quia, ſi ſunt generalia cum fa-
culty in ſpiritualibus, & temporali-
bus, omnia faciendi, gerendi, & exer-
cendi, quæ Episcopus coadjutus facere
poſſet, puto, quod ſucepto munere
conſecrationis, poſſit ordines, & bene-
ficia conſerre, benedictionem ſolemne-
dare, & ſi fuit datus coadjutor Archie-
pifco, pallium deſerre, omniaque
alia facere, & exercere, quæ ipſe co-
adjutus facere, & exercere poſſet, per
gloſ. communiter approbatam. in eod.
cap. 1. in ver. officium. de cler. agrot.
& Navarr. in conf. 1. n. 1. eod. tit. lib. 3.
par. 1. etiam, ſi talia ſint legis diocē-
ſanæ, vel jurisdictionis, etiam compe-
tentis ex delegatione, expreſſo nomi-
ne dignitatis, ubi Episcopus non eſſet
fanx mentis, ut tenet Dom. & Franc.
ibid.

77 Secundò dantur coadjutores + digni-
tatis in cathedralibus ecclēſiſ exiſten-
tibus, ut de Archidiacono trad. idem
Navar. eod. conf. 1. de cler. agrot. in princ.
& canoniciſ etiam dantur coadjutores,
& non ſine maxima circumſpectione,
quia ut cathedralibus ecclēſiſ utiliter
provideatur, Papa Clemens VIII. in
coadjutores non admittebat perſonas,
quarum ſibi mores, & doctrina non eſ-
ſent nota, vel ab ordinariis locorum
commendarentur, & hi caſibus coadju-
tores cum futura ſucceſſione à Papa tan-

tum deputari poſſant. Abb. in eod. cap.
fin. num. 5. de cler. agrotan.

Tertiò, † dantur coadjutores ecclē-
ſiarum parochialium reſtoribus, quia
ipſis decrepitis, incurabili, aut longa
infirmitate detentis, vel amentibus,
ne animarum cura negligatur, & fide-
lium animæ detrimentum patiantur,
coadjutores cum congrua portione au-
toritatē ordinaria ſunt deputandi, ea-
dem ratione, qua cathedralibus ecclē-
ſiſ coadjutores deputantur, quia ubi
militat eadem ratio, eadem iuris dispo-
ſitio eſſe debet. l. illud. ff. ad l. aquil. & l.
à Titio. ff. de verb. oblig.

79 Quartò coadjutores † dari poſſunt
ex cauſa, Abbatibus, & etiam Abba-
tiffis, quibus Abbatiffis, ſeu Prioriffis
aliam monialis in coadjutricem poſtulat
deputari. Abb. in eod. cap. fin. num. 3.
non tamen moniales poſſunt eſſe co-
adjutrices maſculorum, quia foemina
non debet ſe immiſcere ceteris vi-
torum. cap. mulieris de jud. lib. 6. &
hoc officium eſt virile, quod non ca-
dit in foemina. cap. dilectus. de arbitr.
nec maſculus poſtulat deputari
coadjutor Abbatiffa. ut per Abb. eod.
cap. fin. num. 3. † Regibus quoque,
& Principibus, coadjutores dari poſ-
ſunt. cap. grandi. de ſupplen. neglig.
Prelat. in 6 & Abb. in eo. cap. ff. num.
2. de cler. agrotan.

DE

